Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tonsoribus meis occidi! que legis mee doc
toribus preparaui. Dabo hec uiris. quos unde
sint nescio! uenientibus ex preputio. Pueri dd.
per uiam suam regrediuntur. quia mandata deca
logi cum non inueniunt perfectum iudaici populi!
ad salutem gentium per xpi passionis my
sterium progrediuntur. Reuertuntur ad iudeorum re
pulsionem! ueniunt ad gentium saluationem!
et nuntiant que per apostolorum predicationem! omnia
uerba que nabal dixerat. quia lex populum iu
daicum condempnat. qui xpm negat. Est in
quit qui uos accuset! moyses in quo confiditis. De me enim
ille scripsit. Dauid pueris suis adhortatur. ut unus
quisque gladio suo accingatur. quia xpc fideles suos
exhortatur. ut unusquisque gladio spiritus quod est uerbum dei
accingatur. Qui non habet, emat gladium. u. t. s. et e. g.
Vnusquisque gladio suo accingitur. cum quisque
fidelium continentie. orationis et medita
tionis armis contra temptamenta hostis pre
munitur. Vnde in canticis dicitur: Vniuscuiusque
ensis super femur suum propter timores noc
turnos. Hinc propheta imprecatur: Maledic
tus qui prohibet gladium suum a sanguine.
Dauid ense suo accingitur. cum filius dei per incar
nationis sue mysteria euangelii predicatione
succingitur! sicut de eo psalmista dicit: Accin
gere gladio tuo super femur tuum poten
tissime. Dauid quasi quadringenti ui
ri secuntur. quia filio dei perfecta fidei deuoti
one illi obsecuntur. qui perfectionem euangelii.
omnium rerum nuditate exsecuntur. Ducenti rema
nent ad sarcinas. quia fideles coniuga
ti in dilectione dei et proximi. deprimen
tes mundi sustinent curas. SEQVITVR.

ABIGAIL autem uxori nabal.
nuntiauit unus de pueris dicens.
Ecce misit dd nuntios de deserto. ut be
nediceret domino nostro! et auersatus est eos.
Homines isti boni satis fuerunt nobis. et non
molesti! nec quicquam aliquando nobis periit! omni
tempore quo sumus conuersati cum eis in deserto.
Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die!
omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges.
Quam obrem considera et recogita quid facias. quia
completa est malicia aduersum uirum tuum! et ad
uersum domum tuam. Et ipse filius est belial. ita
ut nemo ei possit loqui. Festinauit igitur abiga
il! et tulit ducentos panes. et duos utres ui
ni. et quinque arietes coctos. et quinque sata polen
te. et centum ligaturas uue passe. et ducentas
massas caricarum. et posuit super asinos. dixitque
pueris suis. Precedite me. ecce ego post tergum
sequar uos. Viro autem suo non indicauit hoc.

ABIGAIL unus de pueris nuntiat. cum
sancte ecclesie ordo prophetice xpi mysteria insinu
at. Ecce dauid misit nuntios de deserto. ut
benediceret domino nostro. quia filius dei direxit litteras
ueteris testamenti! ad benedictionem populi iudaici.
Qui eos est auersatus. quia populus iudaicus xpi mysteria
est detestatus. Homines isti boni satis nobis
fuerunt. quia xpi mysteria. salutis gau
dia nobis nuntiauerunt. Molesti nobis non
fuerunt. quia iugum xpi suaue. et onus eius nobis
uidetur esse leue. Nichil nobis aliquando periit. quia
in xpo credentium. et eum diligentium. nullus
umquam interiit. Omni tempore quo sumus con
uersati cum eis in deserto! quo eius euangelio. fidei
et sacramentorum unitate. communicauimus in ue
teri testamento. Pro muro erant nobis tam in
nocte quam in die. quia contra omnia temptamen
ta huius uite premuniebant nos tam in aduersita
te quam in prosperitate. Omnibus diebus quibus apud eos gre
ges pauimus. quamdiu fidelibus per fidem. spem. et
dilectionem. xpi mysteria ministrauimus. Quam
obrem considera per penitentie satisfactionem. et
recogita quid facias per uite emendationem. quoniam
completa est malicia aduersus uirum tuum. doc
torum scilicet ordinem. et aduersus domum tuam.
synagoge multitudinem. quia securis iam posi
ta est ad radicem. Ipse est belial filius. quia filius